Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2199
Quelle:
Copyright:

Mein fleisch mein pluet mein pain
Das mues sein also rain
Als das hemad was
Darinn vnser liebe fraw irs liebn Kinds genas.

Itaque Precum ab Ecclesia probatarum praeter Psalmos de *Poenitentia* dictos reperias nihil.

DCCCCXXVI.

R. 45 Codex membraneus belg. Sec. XV. Folior. 120. 4. min. bene scriptus, rubricis, et Titulorum frontibus deauratis et picturatis, *Horarium* est, sequentia complexum: *Calendarium* miniatis *Belgii* Indigetum nominibus insigne, in quo Epiphania vocatur: *Dertienen dach;* Officia de B. V. Maria, de aeterna Sapientia, de S. Cruce, de Spiritu sancto; Psalmos dictos *de Poenitentia* cum Litaniis OO. SS. denique Mortuorum Vigilias, quas adpellat *die langhe vighelien*. Principio Codicis Genealogica quaedam Sec. XVI. adscripta sunt ad nullam illustrium Stirpium pertinentia.

DCCCCXXVII.

R. 3347 Codex membraneus lat. germ. Sec. XIV. Folior. 188. 8. min. e variis opellis consarcinatus, ideoque non una manu scriptus sequentia complectitur. I. *Calendarium*, in quo major Sanctorum numerus tardius subpletus est, et quorundam sat ignotorum. *kalendis Aprilib.* adsignata *Conuersio Marie Magdalene*. Sequitur Hymnus: *Aue virgo katerina, aue martir et regina* &c. et Adspiratio pia, quae incipit: *Jocundum sit tibi eloquium meum, ego vero margareta delectabor in domino* &c. tum *Initium sancti ewangelii secundum Lucam*, et Examen Moribundi in hunc modum: *Also sol man den menschen vragen, der jezo sterben wil. Mensche tröstv dich des, daz dv mit christenlichen geloben tot list? So sol der siechc sprechen vil andächtichlichen. Ja. Vegibest dv des got, daz dv nibt reht hast gelebt als dv soldest? Ja. Riwent dich dine sunde? Ja. Hastu des willen, daz du dih bezzern woldest, ob dv lange soldest leben? Ja ih warlichen.* In progressu tota Moribundi spes in mortem et merita Christi dirigitur, quod mirum videbitur quibusdam a nostris Sacris alienis, et in fine additur Adhortationem istam inventam esse *an einem hohen pvch, daz was des bischolfes von Engelland. Anselmum Cantuariens.* hic innui non dubito, cujus idem Examen latine bis exhibetur hoc *Vol.* Consule, si lubet, *Indicem*. His demum accedunt Benedictiones et Preculae quaedam hoc initio: *Hewt vnd immer si ich gesegent vnd min wirt vnd miniv chint mit dem segen, da sancta Maria mit gesegent wart, do si den heiligen christ enphie vnd gebar.* &c. In usum Mulieris, et forsitan supra nominatae *Margaretae*, haec scripta vides.